

Ill/me ac Rev/me Dñe P'rone colen/me

.Audio diu conceptam animo Monasterii sui reformationem jam serio
tentare R/dum admodum D. Abbatem S/ti Huberti in Arduena Silva ordi-
nis Benedictini Leodiensis dioecesis, qui cum antea fama tum usu nu-
5 per mihi sit abunde notus, debeo singulari ejus virtuti hoc testi-
monium mereri praeclarum ejus religionis zelum, pietatem ac modesti-
am aliquem in Ill/mae D.V. patrocinio locum, ut tam sanctum propo-
situm sua apud S/mum D.N. auctoritate promoveatur. Consilium utilis-
simum facit omnino necessarium loci celebritas, peregrinorum con-
10 cursus et haeresis vicinia, quae collabentem disciplinam regularem
suo integro splendori restitui petunt; et a nostris in Lotharingia
Benedictinis ad instar Cassinensium reformatis praesens auxilium,
si adsit Suae Sanctitatis imperium, solo enim contigui sunt similes
sermone ac vitae consuetudine, ut nil desit ad secundi exitus apem,
15 nisi ut tam pius justusque supradicti Abbatis conatus foveatur. Quod
etsi facturam Ill/mam D.V. omnino confido, tamen ut aliqua mihi me-
riti pars accedat, tribui quoque a solita sua in me benevolentia
favoris aliquid huic operi humillimis precibus contendo. Plures eo-
dem beneficio obligabit ad ea vota quae quotidiana mihi sunt apud
20 Deum opt.max. pro diuturna Ill/mae D.V. incolumitate ac post seros
annos felicitate sempiterna. Tulli VIII/a Julii 1614.

Ill/mae ac Rev/mae D. V.

Humillimus et obligatissimus servus

J. Ep^{us} et comes Tullensis.

25 Archiv. Vatic. Gesuit. 18 fol.41. Orig.